

## Werk

**Titel:** Caroli Moscheni, Anconitani, V. Cl. (ut Opusculi fert inscriptio) Tacitus Histori

**Untertitel:** ex Idiomate Italico in Latinum transfusi, recentioribusque passim Exemplis Praeceptisque illustrati

**Autor:** LeBleu, Jacob

**Verlag:** Kargerus

**Ort:** Gissae

**Jahr:** 1667

**Kollektion:** vd17-mainstream

**Signatur:** 8 POL II, 817

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN780699556

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN780699556>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=780699556>

**LOG Id:** LOG\_0004

**LOG Titel:** Aphorismus I. - Aphorismus XVIII.

**LOG Typ:** chapter

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)



# TACITUS HISTORIATUS.

## APHORISMUS I.

**A**D Regni vel Provinciæ  
dominium à fortunâ ex-  
altatus Princeps, exosos  
in Antecessoribus titulos  
fugiat, gratioresque amplectatur,  
ut nemini intensa, cunctis benigna  
sit majestas, scepra secuta, domus  
culta, Senatus fidelis, populus pro-  
bus, Imperiique orbis tranquillus.

*Augustus Triumviri nomine,  
Consulem se ferens, & ad tuendam  
plebem Tribunicio jure contentum,  
Tacit. Annal. lib. I. num. I.*

Comes Olivarius Cromvellius,

**A**

Vir

Vir splendore generis clarus, nobilissimaq; ex profapia ortum confirmans, raro ingenii artificio, fortunaque conatibus favente, dominium in Anglos, Scotos Hybernosque obtinuit, ac Londinum Magnæ Britanniae monarchiam transportavit. Cui gemmato cum caput diademate redimire aliquoties Parliamentum decrevisset, animosâ oblatum honorem recusavit constantiâ, non immemor, quantis velitandum laboribus fuerit, antequam Regis dignitas imminueretur, avitâ in purpurâ geniti, quamque exosum in ferocientium animis Regis nomen, Protectoris elogio contentus fuit, ut fucatâ humilitate, in corda populorum diutinâ novorum expectatione cruciata, firmiter imperium nancisceretur, *Girol. Brusconi, in Compend. Histor. Univers. vol. 2. lib. II.*

Guiscus



Guilius Dux Româ Neapolim profectus, ut arma foveret populi in partes moti, quod Ducis Reipubl. titulos contempnisset, brevi tempore suum ibi terminavit imperium; nam sciens variam esse in plebe animorum inclinationem, coactis quibusdam ad ædem cathedrali, multo sermonis acumine exurgens persuadere conatus est, Regnum unius assuetum regimini à plurium regulariter obsequio abhorrere, sceptrum unius multorum prævalere imperio demonstrans. Divulgatis hisce per Andream & Annesium consiliis, nova suspicionis in subtiliorum animis oriebantur semina, quasi funditus everso Reipubl. Statu, peregrinus coronam ambiret. Hinc ex plebejo ordine quidam ad rem pernicialis exempli cohorrescentes, arreptis armis malum in partu sut-



focare nitebantur, dum Guisius, infestâ consiliis fortunâ, sat firmo Regionum comitatu in Hispaniam ducitur. Sic spes evanuit obtinendi imperii, quod generosæ Ducis animositati oborta inter gentem seditio pollicebatur, *Majolin. Bisaccioni, in Histor. Neapol.*

## APHORISMUS II.

**A**D firmandum novi Principatus exordium, nulla res efficacior est, quàm virtus Magnificentix, quæ non tam amorem, quàm admirationem, nec necessitudines, sed clientelas parat, molesq; struit publicas seræ posteritati profuturas. Mitia Imperantium ingenia, potentiam temperando auxêre; quâ arte libertas, magis etiâ quàm vi, expugnatur; nam in cogentes resistendo crescit ferocia, comitati & mansuetudini ultro subitur.

*Vbi*

*Vbi militem donis, Populum anno-  
na, cunctos dulcedine otii pellexit, Ans  
nal. lib. I. n. I.*

Christianus I V. Potentissimus  
Daniae Rex, primis regni auspiciis  
tributum Civitati Hamburgensium  
remisit, quod frater ipsius Frideri-  
cus I I. imposuerat, debitumque,  
quo Coronae feudi jure obstricta  
erat, *Bruson. Vol. I. lib. 4.*

Hortabatur in regni primordiis  
Philippum IV. Hispaniae Regem  
Olivarius Dux, ne fortuitis armis  
in Italiã grassaretur, omnemque  
tempestivè fomitem extingueret,  
quo excitato magnum nasci posset  
incendium, cuius exspatiente ef-  
fusius flammâ, corripere regna pos-  
sent hereditaria; Unde secuta Vals-  
listellinae cum omnibus munimen-  
tis in manus Ducis Fianensis per  
Ferianum facta consignatio, *Abb.  
Fossati, mem. Histor. belli Ital. 1623.*



Guisius Dux Neapolitanorum benevolentiam sibi obligaturus, vix urbem ingressus, ex ædibus Januarii Annesii usibus suis, donec publicum exornaretur palatium, destinatis, sexcentos in vulgus aureos sparsit, largitionibus soporandos esse partium duces existimans, *Bisacc. Histor. Neapol.*

Johannes Bracantiæ Dux purpura Regiâ decoratus, tributum, quod Castellæ Reges imposuerant, remissione populo abblandiebatur, aliaque onerum levamenta indulgebatur; Hinc voluntarium ipsi à civibus factum subsidium, ad alenda peditum viginti, equitum quatuor millia, extructaque quadraginta navium classis irruenti Hispanorum exercitui opponenda, *Brusson. p. I. lib. 20.*

### APHORISMUS III.

**I**N moderandis abrogandisque legibus quæ libertatem concernunt,



nunt, cautè Princeps versetur, sen-  
simque in earum executione pro-  
grediatur, ut evitare intemperiem  
queat, cuius occasio esse solet vio-  
lencia. Graviter servitium ferre so-  
let gens libertati assueta, hâc dem-  
ptâ, nihil sibi præter patientiam &  
preces relinqui arbitratur; hinc  
suspecta primùm, deinde hostilia  
videntur Imperantium negotia.

*Insurgere paulatim munia, Senatus,  
Magistratum, Legum in se trahere  
nullo adversante, cum ferocissimi per-  
acies, aut proscriptione cecidissent, Lib.  
cit. n. i.*

Ferdinandus Alvarez Toletanus  
Albæ Dux Hisp. in Belgio exercitus  
Imperator, Vir bello & læguine cõ-  
spicuis, publicis suppliciis exorsus  
est imperium, valida urbibus impo-  
suit præsidia, castella excitavit, quæ  
viliam Castigationes nuncupavit;  
Læxæ Majestatis reos pronuncia-

vit nullâ ipsum genuflexione venerantes, carceribus eos mancipavit, qui de protractâ vel denegatâ conquesti essent justitiâ, furcis alios, qui nimiam in suâ clemētiâ posuissent fiduciam, armorum violentiâ populum edomiturus, cunctos potius pati angustias, quàm oppressam cernere libertatem paratum. Unde progressuum Hispanicorum in Belgio enata sunt impedimenta *P. Matthæus, in Histor. Henric. IV. lib. I. narrat. 4. part. I.*

Gustavo Adolpho Suecorū Regi Inviçto, cujusq; famæ venerabundus affurgit Orbis, ex Ministris quidam auctores fuere, ut in expugnatâ urbibus Leges mutaret, qui hoc illis responsi dedit: Utantur in posterum legibus populi, quibus hactenus adsueti fuerunt. Nolo novos induēdo calceos pedibus illorum creare molestiam. Non arma  
 arripui,



arripui, ut antiquis illos privem ju-  
ribus, sed ut novis eos privilegiis  
exornem; sufficit mihi, si me sum-  
mum inter patronos agnoscant,  
*Guald. Priorat. in Bellatore Prudente  
& Polit.*

In ruinam autoritatis Regiæ da-  
ta in Parlamento Anglicano con-  
silia, utq; exueretur in Regem ob-  
sequium, in novam regni formam  
fit conspiratio, disseminaturque  
per provincias rumor, animo Re-  
gis infixum esse, direptione, fuso-  
que civium sanguine, ac incendiis  
divastare urbem, si nō placitis quo-  
ad reformationem Parlamentorū  
assentirentur. Hinc aversis multo-  
rum animis, novisque opinionibus  
implicati ex omni ordine cives, im-  
minutā Regis, quòd moris aviti  
contemptor esset, tamā, tyrannidis  
illi notam imprimunt, extremaque  
in armis quærunt præsidia, *Vittor.  
Siri. Histor. tom. 2. lib. 1.*



## Aphorismus 4.

**S**alutis illorum diligens existat Princeps, rebus secundis merlus, qui penetratis audacissimè angustiis, eandem secum fortunæ aleã experti sunt, beneficiisq; susceptos compenset labores, licet virtutibus non correspondeat nataliũ splendor; hisce equidem stimulis cæterorum ad gloriam animi exardescunt, fortiumq; virorũ facta æmulabuntur. Ubi dignis indigni præferuntur, ibi optimi viri aut segni otio, aut tranquillis honoribus imminet; aut Imperantibus, si contemptus adsit, implacabilius irascuntur. Illi ære & honoribus iuvandi, militiæ qui impigri, multiq; in operibus fuerunt; quorum ea virtutis fama, ut non fictas, non in servitium fractas laudes exprimat.

*Marcum Agrippam ignobilem loco, bonum militia, & victoria socium gemi-*

*geminatis Consulatus extulit, lib. cit. num. 1.*

Gustavus verè Augustus Sueciæ Rex, cui victura æternum nomina, expugnato Francofurto ad Viadrû. Centurionis dignitate Optionem decoravit, junctâ bis mille talerorum donatione, quòd primus virili animositate vallû superasset, Collegio veteri oppositum, *Bruson. vol. I. lib. 4.*

Carolus I. Angliæ Rex congressus cum Essexio, in campis Egdeot, loco sexaginta milliaribus ab Urbe abjuncto, fortunâ victorias hinc inde alternante superior factus, eo imminutam esse censebat victoriæ gloriam, quòd inter alios & Regiæ equestris turmæ captus esset signifer, mox libertati restitutus industriâ & fortitudine Smithi Centurionis, qui illum non remorante conglobati agminis densitate, comitante



mitante sex militum consortio, ex hostium frementium faucibus eripuit, ac in laboris fortiter peracti præmium Ordini Periscelidis à Rege in fronte exercitus adscriptus est, *Bisacc. in Histor. Angl.*

Johannes Casimirus, Poloniæ Rex, Tokalii summâ humanitate excepit Nobilem quendam Ruthenum, nominatum Skrzetuuoski, qui Sbarasfo à Chimielschi oblesso egrediens, in illius, sectariû se fingens, castra pervenit, exploratoque rerum omnium statu, & ubi seps facilius esset superato, rem totam Regi aperuit, literasque ab oblesso scriptas obtulit, & in exantlati laboris periculi que testimoni-um obtinuit, primum qui vacaturus esset Starostatam. Postea reportatâ ad Sbarraviam de memorato Chimielschi victoriâ, octies mille lixas, tanquam insignia victo-



riæ instrumenta, hoc præmio honestavit, ut sub vexillis suis debita militibus stipendia mereri dignos pronunciaverit, *Bisacc. in Histor. Polon.*

## APHORISMUS V.

**N**ON majus obtinendæ dignitatis remedium, quàm simulata recusatio; quantò enim quis munere dignior existimabitur, tantò ferventiori ad illud subeundú studio sollicitabitur. Plerunque illi, qui honores rejiciunt, eorum difficultatem atque onera lentiscunt, & vel ob hanc causam eligendi sunt, vel retinendi.

*Nam genitos Agrippa, Cajum ac Lucium, in familiam Cesarum induxerat, nedum posita puerili prætextâ Principes juventutis appellari, destinare Consules, specie recusantis flagran-*

*grantissimè cupiverat, Lib. cit. num. I.*

Albæ Dux tractis ad partes suas muneris Imperatorii in Belgio æmulatoribus, dilpositoque ad exequenda armorum consilia Regis animo, obtegens alto silentio arcanum, ægrum se, otiique egenum simulavit, belli motus ætati suæ convenientes esse inficiatus; cumque Rex aliis neglectis, dignum illum hoc munere pronuntiaffet, idque libenter Dux acceptasset, simulacris deceptos se esse adverterunt æmuli, *Connestaggio, Histor. Flandr. lib. 2.*

Albertus Fridlandiæ Dux diu se difficilem præstitit in reassumendo Imperatoris in exercitum Cæsaris munere, licet vehemēter illud ambiret, verbis frustra obluctatus tandem acceptat, ob nutantem rerum Austriacarum fortunam, Principisque Eckenbergici & Episcopi Viennensis



ennensis instantiam ; sic tempori  
interviens , ut simul in Cælaris ac  
Regis Hispaniæ exercitus summum  
obtinuerit imperium, *Bruson. vol. I.  
lib. 6.*

Bracantiæ Dux, summum licet  
rerum in Lusitaniâ arbitrium am-  
biret, magnâ spe in defectione Ca-  
talanorum posita, diu tamen verbis  
obscuris & inflexis eorum animos  
in suspensio tenuit, qui acceptandæ  
Coronæ auctores erant præcipui;  
imò consilia cum uxore domestica  
agitavit, an ad id audendum adjice-  
re animum deberet , quo fruendi  
desiderio ardebat maximè, *Vittor,  
Siri Histor. Vol. I. lib. I.*

APHORISMUS VI.

**N**on decet Principem, qui arti-  
bus imperandi insenuit, in am-  
biguo successionem relinquere.

Præ.



Præsentia & certitudo heredis pravas aliorum spes cohibet. Appellabantur apud veteres ejusmodi heredes Principis adminicula, subsidia aulæ, consortes imperii; quales ita educandi, ut paulatim assuescãt gerendis in salutem populi negotiis, ut tandem apud magnos admirationem, apud inferiores venerationem, atque per illustria virtutis specimina aditum faciliorem ad novam dignitatem famamque inveniant.

*Nero solus è privignis erat, illuc cuncta vergere, filius, Collega Imperii; Consors Tribunitia potestatis adsummitur, omnesq; per exercitus ostentatur, lib. cit. n. 2.*

Carolus V. Imperator Philippũ secundum filium Regem Hispaniæ salutavit anno ætatis illius decimo sexto, qui anno sequente connubio sibi junxit Mariam Johannis III.

Lusitaniæ Regis filiam, vigesimo ex Hispaniæ portibus solvit quinquaginta stipatus triremibus, Genuæ oris allapsus est; inde Mediolanum, Tridentum, Oenipontum iter direxit, trajectaque Germania, per Ducatum Luceburgicum Bruxellas venit, ubi splendidè à Patre exceptus Brabantia possessionem apprehendit, laudatoque Parentis exemplo, quomodo geri debeant orbis negotia, addidit, *P. Matthæus, in Histor. Henr. IV, lib. I, narrat. 4. part. I.*

Vincentius 2. Mantuæ Dux novissimo ante obitum die, imperavit populo Mantuano, ut Reteliorum Duci specialiter evocato, nomine Caroli Gonzagæ Niverniorum Duci tunc absenti homagium præstarent; & ut firmior esset Carolina successio, dispensante Pontifice in matrimoniû ipsi data fuit



fuit Princeps Maria, unica Francisci  
fratris ipsius filia, *Bruson. Vol. I. lib. I.*

## APHORISMVS VII.

**Q**ui secretorum consiliorum a-  
lios participes facit, absque  
personarum selectu, nimix facilitate  
pœnas subit, prosperi rerum e-  
ventus fiducia frustratum se con-  
specturus.

*Quod Maximum uxori Martia  
aperuisse illam Livia. Gnarum id Ca-  
sari, neque multò post extincto Maxi-  
mo (dubium an quesitâ morte) audi-  
tos in funere ejus Martia gemitus,  
semet incusantis, quod causa exitii ma-  
rito fuisset, lib. cit. nu. I.*

Henricus IV. directis ad pacem  
cum Philippo III. Hispaniarum Re-  
ge ineundam consiliis, vastum hoc  
literis credere noluit negotium, sed  
unius id fidei commisit, adeoque  
tectè,

tectè , ut nullus in Gallià rei hujus fuerit conscius, præter Villaregium, arcanorum Franciæ Oraculum. Sic nemo Alberti Archiducis , in Hispania particeps fuit consiliorum, præter Comitem de Sora ; ne ea, quæ tecta esse Status interest , in-tempestivè divulgarentur, *P. Matth. in Histor. Henr. lib. 1. narrat. 1. part. 1.* Marchio de Leganez Vercellarum expugnationem meditatus , cum solo Martino Arragonio consilia communicavit, ut is de necessariis prospiceret exercitui , pòst ad castrametationem progressus Valentia rerum summa in consilium militare deducitur, ubi de variis locis injecta mentio, de invadendis Vercellis altum silentium , *Fossati, memor. Histor de Anno 1638.*

Dominus de Hierge in Flandria expugnato Buranorum oppido , subigere alium quendam vicinum  
in



in votis habuit Audomarum nempe, atque ne reiectis consiliis, cætera irrita essent frustra que tanto conatu suscepti labores, minoribus suis fratribus in mandatis dedit Comiti nempe de Mega, & Domino de Flojone, ut cum copiis & re tormentariâ Boviniacum & Ste novicum tenderent, aliaque viâ regressum molirentur, ut hisce simulacris hostibus persuaderent invasioni destinata esse hæc loca. Interim ille cum totâ exercitus mole iter Audomarum flexit illudque ob sidione pressit, & urgente ibi rerum inopiâ expugnavit, *Connestag in Histor. Flandr.*

Excitere Suecorum jugum decreverant quidam ex præcipuis Olmucii habitatoribus, ut ad obsequia Cæsaris reverterentur, vel armis vel veneno præsidarios extincturi; optatumque eventum sortita fuisset con-

conspiratio, nisi per focariam militis quandam apertum fuisset consilium; quæ concepta laniena viginti quatuor reorum capitibus expiata fuit, *Vittor. Siri, Histor. tom 2. lib. 2.*

Dux Bellifortius industriâ Curati de la Fleche & Capellani commendabilis factus apud Plebem Parisiensem, mox numero Ducum adscriptus fuit sub imperio Contii Principis, contemptim ab aliis habitus, qui cum eo miscete nolebant consilia, ne ob arctam, quæ ipsi cum Principe Monbasoniâ erat, fiduciam, secreta panderentur, eamque ob causam nec Regina Administratrix cum illo communicabat consilia, quòd sat interposita Monbasoniæ opera scopum assequeretur, quod multis malis occasionem præbuit; nam fœminis qui arcana concedit, divulgare illa videtur  
inter



inter universos, *Guald. Priorat. Hist. Gall. lib. 2.*

## APHORISMUS VIII.

**I**N negotiis gravioribus quæ summam rerum concernunt, à suo potius Princeps, quàm ab aliorum dependeat arbitrio, idque operetur potissimum, ut suis auspiciis debeantur prosperi Reipubl. successus.

*Neve Tiberius vim Principatus res solveret, cuncta ad Senatum vocando, eam conditionem esse imperandi, ut non aliter ratio constet, quàm si uni reddatur, lib. cit. nu. 2.*

Urbanus VIII. summus Romæ Pontifex eò nixus constanter fuit, ut solus rerum arbiter existeret, gliscientesque in Curia Romana abusus, in præjudicium Apostolicæ dignitatis ab antecessoribus in vectos tolleret,

tolleret , prout hoc affatim omnes  
vitæ ipsius actiones testantur, qua-  
rum illa inter illustria virtutis ejus  
miracula recenseri meretur , quâ  
Cardinali Borgiæ conservandæ au-  
toritatis intentionem aperuit. Hic  
indignationis fulmine afflatus ,  
quòd partibus suis amplectendis  
accommodare illum non potuisset,  
magna Cardinalium Hispanorum  
stipante caterva , in Consistorium  
fastu tumescens ingressus , ibique  
Regis nomine intolerentius adversus  
Pontificem protestatus fuit, quòd  
neglecto arbitri communis officio,  
Gallis patrocigaretur in Protestan-  
tium favorem , Austriacæ Domus  
injuriam , Catholicæ fidei detri-  
mentum. Hinc ob offensam Pon-  
tificis Majestatem, dare vela retrò,  
Româque cum adhærentibus exi-  
re coactus fuit, ac licet post alii ad-  
missi fuerint Cardinales , Borgiæ  
tamen,



ramen, quamvis eò maxime laboratum fuerit ab Hispanis, nunquã redeundi indulta fuit licentia, *Bru-son. Vol. I. lib. 10.*

Ludovic. XIII. Christianissim⁹ Gallix Rex, absolutiori monarchix fundamentum structurus, Parlamento Parisiensi auctoritatem imminuit, publicarum illi rerum administratione adempta; cavitque insuper, ut ad acta referri possent, non improbari Regis edicta; liberam sibi in distribuendis officiis potestatem reservavit, eodemque tempore Præsidentem Bariglonem, Scaronem, Salonemq; Consiliarios exauctoravit, aliis jam antea in varias relegatis provincias, jubens ut intra tres menses de tribus Magno Cancellario rationes redderet Parliamentum, & ut quotannis placitum suæ Majestatis impetrarent pro continuando munere exercitio.

citio. Tātus huic Monarchæ in vindicanda absolutiori potestate fervor, ut extincto Anchræo, significari Reginae Matri fecerit, se in posterum nullius in regno usurum consortio, illamque, peractis gratiis pro laboribus sibi regnoque datis, in tranquillam vitæ augurium Curæo comitante Blesas duci imperaverit. *Bruson. vol. 1. lib. 20. et Car. Bernard. Histor. Ludov. XIII. lib. 3. nu. 6.*

## APHORISMUS. IX.

**S**ummæ prudentiæ indicium est, quando novus Princeps, in ostentationem, ut major apud suos audiat, celare potest consilia, suspensis subditorum animis; ne in publicum, antequam id exigat tempus, arcana sensa erumpant.

*Nā Tiberius cūcta per Cōsules incipiebat, tamquam veteri Republicâ, & am-*

B

*biguus*



*biguus imperandi, ne Edictum quidem, quo Patres in Curiam vocabat, nisi Tribunitia potestatis prescriptione posuit sub Augusto accepta, Lib. citat. num. 2.*

Albanus Dux rebus Belgicis præfidens, cunctos aduersus Regem suum foederatos, præteritisque erroribus implicatos castigare pro meritis decreverat; quod cum factu difficile esset, mutato consilio, pristino pacis religionisque splendore referaturum se afflictas provincias simulavit, urbes interea munitas invadere non desinens, mutandis Magistratibus, similibusque negotiis terendo tempus, eousque suspensos animos incolarum tenuit, donec potiundi desiderii affulgeret ipsi occasio, *Conestagg. lib. 3.*

Ludovicus decimus tertius, Galliarum Rex, peractis Sacri solennitatibus, diffusis per Francici Imperii  
pla-

plagas sceptri radiis, Parisios omnes Regni Status convocavit, publico hoc actu imperii administrationem exorsus, ut libera cunctis facultas esset, gravamina proponendi, cum neminem incautum opprimi placuerit Regi. Tria articulorum capita. Primum aperuit Marquamontanus, Archiepiscopus Lugdunensis, qui Cleri nomine rogavit, ut in Gallia Concilium Tridentinum reciperetur observareturque. Secundum Marchio Seneslayus, qui Nobilitatis Nomine juris annui abrogationem urgebat. Tertium Mironus Præses populi nomine, cujus eò directa postulata, ut actu solenni ab omni potestate temporali exemptus Rex pronuntiaretur. Verùm Rex prævidebat ex Articulorũ declaratione regno turbas instare, crescente inter suffragiorum diversitatem invidia, viresque acquiren-



te Malecontentorum numero, ulterius ventilare hanc materiam Parlamento inhibuit, mollibus verbis optima sperare Deputatos iussit, securamque mox resolutis onem petitis pro temporis ratione adæquatam pollicitus, quibus artibus diu suorum animos in ambiguo tenuit, ut interea, quò se conversurus esset, sciret nemo, *Bernard. Hist. lib. 2. num. 12.*

### APHORISMUS X.

**I**Nter bona & mala fluctuare Procerum animos Principi comperum esse debet, proinde exploratis illorum moribus actionibusque, eò allaborabit sedulo, ut sistere mala queat ex varietate affectuum reluctancia.

*Postea cognitum est ad introspicendas etiam Procerum voluntates inductam dubitationem; nam verba vul-*

*tus in crimen detorquens recondebat.*

*Lib. cit. num. 2.*

Suspectans Ludovicus XIII. Galliarum Rex Austrasiarum Ducis molitiones, Guronum in ejus misit provincias, ad exploranda penitus negotia, certiorque factus, decretum illi ac Fratris junctis Hispanorum copiis, irrumperere in Galliam, ex improvise Lutetia in Lotharingiam se contulit, militumque viginti quinque millium ministerio in ordinem redegit suis consiliis adversantem, expugnatoque Jametio, Claramontio, aliisque locis, victor reversus est, *Bruson. Vol. 1. Lib. 7.*

Cardinal. Mazzarinus, turbatis inter Parisienses & Romanos rebus, Coronae Francicae procurare tranquillitatem conabatur, cui multum obstare videbatur aemulatio Condai Principis, animi ingentis, belli atque pacis scientis, rebus consultans



dis maturi, gerendis properi & felici, in quem defixos habuit oculos Cardinalis, certiorq; redditus, agitati inter illum aliosque negotii, eumque jam biduum S. Germano absuisse, ne Malecōtentorū lociaretur partibus suspectum, accuratior fuit actionum illius observator, non necius, quantis per olcitantia Regis auctoritas involvi periculis posset; ex intimis quendā, equitum viginti turma stipatū, exploratū ablegavit, quod ad animum revocavit sagax fortisque Princeps, irā correptus, quòd quassa ipsius in aula fides videretur, *Guald. priorat. Histor. Franc. lib. 2.*

## APHORISMUS XI.

**C**rescet Principis autoritas, augebiturque benevolentia ipsius fama, si in illos beneficia subinde conte-

cōferat, erga quos minus bene affectus est.

*In spem secundam nepotes, pronepotesq; tertio gradu Primores Civitatis scripserat, plerosq; invisos sibi, sed jactantia gloriæ ad posteros, Lib.cit.num 3.*

Ludovicus XIII. Gallix Rex Parisiis protectus, cum exercitu numeroſo S. Johannis Angelici Fasnum petiit ad frenandam Sectariorum audaciam, ubi, cælo in Caſtrorum aggere Boysverdumio Ceturione, munus illius à pluribus ambitum optioni ejus, licet sectario, contulit, quòd egregia in Coronæ bonum facinora præstitisset, *Bernardi Hist. lib. 6. num. 6.*

Custodiæ mancipatus fuit Crouſius Forquetius, Parlamenti Parisiensis Consiliarius, non velut exul, sed quòd occultè cōsilia cum alio Principe miscuisset, ad ordiendas novas adversus Mazarinum molitiones. Res ad judicium devoluta Commissari-



missariorum dexteritati commen-  
datur, quicam, juxta legum ordi-  
nem terminarunt. Dum verò in  
aula feralis in eum sententia expe-  
ctabatur, promptum expertus est, ad  
liberationem sui, Cardinalis ani-  
mum, iram molliente clementiâ;  
Hoc tamen ipsi injunctum, ut in Italia  
tantisper delitelceret, donec com-  
positum esset negotium Condæa-  
num, vel Rex ipse revocaret. Ra-  
rum clementiæ exemplum in Ma-  
zarino, purpuræ splendore, civitatis  
que Rom. gloria, *Guald. Priorat. His-  
stor. Franc. lib. 10.*

## APHORISMUS XII.

**I**N mutandâ a vitâ fide circum-  
spectè agat Princeps, ne evidenti  
expositus periculo subditorum odi-  
a experiatur.

*Nihil Deorum honoribus relictum,*

setemplis, & effigie Numinum per Flamines & sacerdotes coli vellet.

Exortis inter Hispaniæ Regem & Principem Arausionentem dissidiis, hic, ut Belgarum in rem suam flecteret animos, haud inani rumore jactitatum esse refert, decretum Regi esse, antiquis illos exuere privilegiis, missurumque per omnes provincias, qui fluxæ fidei suspectis inſecturi manus essent, atque in eorum capita grassaturi, introducta inquisitione Hispanicâ, quo ipso imminueretur Provinciarum decus, tolleretur libertas, exhauriretur ærarium, attritis Nobilium viribus, in animos omnium irrepente interitus metu, *Fam. Strada, Histor. de Bello Belg. Dec. I, lib. 2.*

### APHORISMUS XIII.

**N**on ab unius nutu vel arbitrio dependeât ardua Reipubl. negotia



gotia, sed personis illorum expeditio committatur, quarum animus ad gloriam virtutis viâ grassatur, quæ inter paucas prudentia & pietate sua claræ, quarumque vitæ splendor ad invidiam usque conspicuus excessit; ita ut nec nulli nec omnibus, sed perspectissimis ferè tantùm fidat.

*Se in partem curarum ab illo vocatum experiendo didicisse, quàm arduum, quàm subjectum fortunæ regendi cuncta onus, proinde in civitate tot illustribus viris subnixæ non ad unum omnia deferrent, plures facilius munia Reipubl. sociatis laboribus executuros. Lib. cit. nu. 4.*

Augusta Venetorum Respublica rebus consultandis matura, prudentiâ ingens, multorum in rebus decidendis utitur arbitrio, eorum præsertim, qui celsâ mente, animique constantia in ævi miraculum prædis-

ti sunt, in quibus fortuna & virtus  
ita cōveniunt, ut utraque opus faci-  
at suum. Ut verò res maximi pon-  
deris, evitatis protelationibus ma-  
nu celeri perficiant, duos plures-  
ve ad tractatus cū Principibus ineū-  
dos ablegare solent electos, tempo-  
rum callidos, indole ad magna sur-  
gente florentes, felicitate, animique  
robore negotiis gerēdis pares, qui-  
bus in mandatis est, ea quæ acta sunt  
fideliter Senatui exponere, ut ab eo  
ultima rebus manus imponatur,  
*Vittor. Siri. Histor. tom. 2. lib. 1.*

## APHORISMUS XIV.

**O**Mnium quæ in Regno agun-  
tur, gnarus Princeps existat, ut,  
emergente occasione, uti illis in  
Status sui emolumentum queat, vi-  
rium tam suarum, quàm alienarum  
justus æstimator.

*Cum*



Cùm proferrì libellum, recitarique iussit, opes publica continebantur, quantum civium, sociorumq; in armis, quot Classes, Regna, Provincia, tributa, aut vectigalia, & necessitates, ac largitiones, quæ cuncta sua manu præscripserat Augustus, Lib. cit. nu. 4.

Ludovicus XIII. Galliaæ Rex extincto fataliter Card. Richelio, Argenfonio in mandatis dedit, ut ex Catalonia, iter in aulam dirigeret, ut cõsciis eorum redderetur, quæ curæ hætenus Cardinalis commissa fuerant, simulque experiretur, qua ratione continuari populorum suscepta protectio, solidarique Principatus illius posset dominium, cuius beneficio modos præscriptos habuit conatibus adæquatos, adeò ut spem omnem de reparanda illa jactura abjectura fuisset Monarchia Hispanica, nisi interveniens Regis obitus ultimam negotio manum dene-

denegasset, *Bisacc. in Hist. Catal.*  
 Potentissima Venetorum Respu-  
 blica, Stephanū Tiepolum, amplif-  
 sima instructum auctoritate, ad ex-  
 plorandam continentem ablegavit,  
 quod is mung dexterrimè undecim  
 mensium spatio terminavit, referēs  
 intra Reipublicæ conterminos de-  
 scripta se reperisse, ultra millio-  
 nem unum, quater centena & octus-  
 aginta sex hominum millia, atque  
 inter eos bis centies mille armis ge-  
 rendis idoneos, *Doglion. Histor. Ve-  
 net. lib. 14.*

Cardinalis Albornozius Me-  
 diolani Præfectus omnium eo-  
 rum, quibus prompta erat in arma  
 alacritas, confici repertorium fecit,  
 ducto à decimo octavo ad annum  
 quinquagesimum calculo, ut sele-  
 ctos ferente occasione milites habe-  
 ret, quorum uti opera posset ad tu-  
 endos patriæ limites, quæ cura solis  
 dos illi effectus produxit, irrumpen-  
 tibus



bus in Vallem-Tellinā Gallis Rhætisque, *Guald. Priorat. Histor. lib. 10.*

## APHORISMUS XV.

**I**Mminutio honoris illis debiti, quorum perennis in patriæ salutem labor est, non rarò turbarum in Statibus exortarum causa fuit. Benè operanti indebitè rependuntur calumniæ. Ne itaque in res novas consilia sint, secretaque tremant indignatione rectè meriti, illisque in ultionem detur occasio, debitis præmiis, honoribusque fascinandis sunt.

*At Germanico Casari Proconsulare imperium petiit, missique Legati, qui deferrent mæstitiam ejus, ob excessum Augusti solarentur, quo minùs idem pro Druso postularetur, ea causa, quòd designatus Consul Drusus, presensque erat.*

Indi-

Indignatus Philippo 2. Hispaniarū Regi Arausionensis Princeps, quod in regendo Belgio primas partes concessisset Margarithæ Austria-cæ Parmensium Duci, quærendæ ultioni, in magnum rerum Hispanicarum præjudicium, ad obstinatā populos rebellionem concitavit, *Fam. Strada, Decad. 1. lib. 2.*

Bernhardus Vinariensium Dux, animosus & fortis Princeps, cui nihil arduum aut impervium erat, Ingolstadii invasionem ruminabat, quod ibi Præfectus esset Grazius Comes, fore ratus, ut offensus à wallensteinio, in deditioem inclinaturus esset, antequam extrema tentari pateretur. Hic enim, postquam Vicariatum inter fœderatos obtinere non potuit, domum se recepit; post revocatus à Bavariæ Duce, titulis in Provinciâ Generalis Præfectique Ingolstadii coruscus,

ipse



spe ipsi factâ de obtinendo intra tres menses Vicariatu; sed cum vacua essent sperato successu promissa, læpius lætus loci facere deditioem decreverat, nisi tardius adventantes Suecorum copiæ irritos pro tēpore conatus reddidissent, *Bruson. Vol. I. lib. 9.*

Philippus I V. Hispaniarum Rex Catholicissimus, ad placandū Marchionis Turrecusani animum, qui munere Imperatorio in Catalonia privatus, idque in Marchionem de Leganez, cum imperio in memoratum Turrecusanum translatum erat, inter Magnates Hispaniæ illum adoptavit, ut, quantò eum pluris quàm Marchionem de Leganez æstimaret, innotesceret universis, *Bissacc. Histor. Catalon.*

## APHORISMUS XVI

**S**ummo rerum nutante arbitrio,  
 Turbis omnia commilcentur,  
 cum

cum quisque rebus suis curandis, vel satiandis ambitionis affectibus intentus existit, erumpente in factiones perniciosas consilio.

*Hic rerum urbanarum status erat, cum Pannonias legiones seditio incessit, nullis novis causis, nisi quod mutatus Princeps licentiam turbarum, & ex civili bello spem pramiorum ostendebat, lib. cit. num. 5.*

Sub coelo Galliae rebus novis, iisque ob luccessuum diversitatem admirandis gravido, negotia gesta sunt ad stuporem curiosa, ibique omnia aestuare intestinis discordiis visa sunt. Mortuo Ludovico XIII. Rege, clandestina cum suspecto Rege agitata consilia, diductis in studia magni nominis Principibus, multisque aliis in Coronae Statusque perniciem conspirantibus, ut in partes descenderent. Rerum precipitanter actarum cardo ingens



gens erat Principis ambitio, qui favore nixus Hispanico, in Navarra, Bearnia, aliisque vel Flandriæ, vel Germaniæ confinibus, absolutam adepturum se dominationem, Regioque cinctum diademate caput se vilurum, vel antiquos Aquitanix, Burgundiæque Ducatum renovatum iri titulos Galliæ infestos sperabat. Ast evanere portentosi molientium conatus, effectumque, ut movisse Camarinam cæterum eos pœnituerit, medioque rerum, in curlu involutos undique periculis se conspexerint, haut secus ac immerfi aquis ac perturbati, dum transverso ramali se inhærerere somniant, in vorticulum gurgitem præcipites feruntur, *Bruson, Vol. 2. lib. 8.*

### APHORISMUS XVII.

**E**xigit Imperatoris prudentia, ut unitis viribus negotia periculosa aggrediatur, ut sustinere primos

ho-

hostium impetus queat, ad felicem exitum conatus deducat, temerarii que facinoris probrum effugiat. Nunquam, successibus aliquot elatior Dux, ea consilia amplectatur, atrocia quæ sint, desperationisque plena, sibi que pariter & Reipublicæ exitiosa; cùm tutiorem præstolari occasionem implicito bellis conveniat. Oranda subinde clandestina in causam communem auxilia, ut externis armis Respublica liberetur.

*Postremo eò furoris venere, ut tres Legiones miscere in unã agitaverint, lib. cit.*

Solverat Antvverpiã navalis Hispanorum exercitus, adeoque classis instructa esse videbatur, ut certa spes de liberando ab obsidione Middelburgo concepta fuerit; verùm Julianus Romanus militum Dux, artis nauticæ imperitus, non expectato Glimesii adven-



adventu, qui cum aliquot navibus  
 advolare Brugis debuerat, vela  
 ventis dabat, quem adortus Ludo-  
 vicus Boilotus, inimicæ classis Im-  
 perator, hostium conditionis certi-  
 or, frustra que expectatis Glimesii  
 copiis, insignem reportavit victoris-  
 am, præda decem navium hostiliū  
 conspicuam, pluribus mersis, igne-  
 que inter undas consumptis. Et sic  
 divisæ tunc temporis Hispanis no-  
 cuere vires, quæ unitæ pollicitari  
 triumphum videbātur, *Connestagg.*  
*in Histor. Flandr. lib. 7.*

Vinariensiu Dux copias auxiliares  
 immissur9 Nortlingæ, obsidione à Cæ-  
 sarianis cinctæ, Grazio Comiti per-  
 svadere conatus est, prælio funden-  
 dos esse Austriacos, qui prõptū qui-  
 dem testatus est obsequium, sed in-  
 sufficientes esse copias animadver-  
 tens, eò flectere Ducis consilia nite-  
 batur, ne unius pugnæ eventui rerū  
 sum-

summa committeretur, tutius esse  
dicens, junctis Rheingravii Ducis-  
que Wilhelmi copiis hostem aggre-  
di; ast prævaluit Ducis sententia, cui  
totus in prælium calebat sanguis;  
sed non ex voto res cessit, spemque  
fefellit eventus, postquam enim  
utrinque strenuè dimicatum esset,  
inopino calu cælas Dux pro fliga-  
tasque à Cæsareanis vidit copias,  
*Bruson. Vol. 1. lib. 12.*

Sparsus per castra Gallorum ru-  
mor de bellico Hispanorum appa-  
ratu, ad solvendam, quâ Perpenniz  
anum territabatur, obsidionem,  
animos hujus gentis gloriæ tena-  
cissimos ad oppositionem arma-  
tam incitavit; hinc Mareschallus  
Schombergius, directo per Vasco-  
num terras itinere, copias Nobili-  
um cogebat, eodem munere per  
Provinciam fungente Alesio Co-  
mite, subsidio aderat Auguinii  
Dux



Dux cum voluntariorum militum turmis, custodibus lineas communes firmabat Mareschallus Milaræus, destinatisque ad tuendas Plagas maritimas copiis Pertusium, locum transmittendo militi maxime opportunum ex arte munivit, omnia adventantibus hostiū cohortibus subsidiariis præpedimenta objiciens. Interea direptis vastatisque Arragoniæ terris Cataloniæ conterminis, ut inutilis esset Hispanis receptus, providit, ne supra fortunam animos gererent milites Marchionis de Leganez, qui Ilerdam se receperat. Hæc unio casum procuravit Perpinniano, prudentiâ Regis potius quam armis expugnato *Vittor. Siri. Tom. 2. lib. 2.*

### APHORISMUS XVIII.

**P**essimè geritur bellum, ubi regimen armorum æmulatu dissidet

det; hinc obscurata sæpius exercitus gloria, & è manibus extorta vincēdi occasio. Nascitur ex conjunctione æmulatio, alitur æqualitate, exarsciscit invidiâ, cujus finis est odiũ. Inexhausta est regnandi aviditas, atque incommunicabilis natura potestatis, infelicisque eventus augurium, ubi uterque, vel plures, ad se summam Imperii trahunt.

*Depulsi æmulatione, quia suæ quisque Legioni eum honorem quærebant aliovertunt, lib. cit. num. 5.*

Ferdinandus Austriacus arctâ Canisum obsidione premens Vicarium generalem habuit Ducem Mantuanum, petitoque à Pontifice aliisque Italiæ Principibus auxilio, hoc impetravit, ut Nepotem suum eo ablegaverit Johannem Franciscum Aldobrandinum, cui junctos Rex Hispaniæ voluit Germanos sex mille; Magnus Hetruriæ Dux duo peditum millia. Verũ

exor



exortâ inter Mantuanum Ducem,  
& Aldobrandinum æmulatione, ir-  
rita facta sunt de urbe expugnandâ  
consilia, *Matth. Histor. Henr. lib. 4.*  
*narrat. 2. part. 2.*

Marchio Turrecusanus ducto  
ad Ilerdam exercitu Catholico,  
postquam cuncta ad oppugnatio-  
nem disposuisset, evanuerè conatus  
ob nata inter Mortaræ & Aitonæ  
Marchiones dissidia, hæc ægre fe-  
rens adeò excanduit, ut abjecto ba-  
cillo, defungi hastâ suo munere vo-  
luerit, nec ibi terminata fuit æmus-  
latio, quia persequi illum non desi-  
vit Marchio Leganesius, donec ri-  
gidis leverisque mandatis adire Sar-  
ragozam habuerit necesse; hinc re-  
moto virtutum æmulo, in aciem  
copias adversus Mottanum pro-  
duxit, qui fortiter & generosè in-  
sultum sustinuit, ingenti exerci-  
tus Hispanici damno, qui ob Ducû  
inter

inter se collisiones intra triginta vel quadraginta dierum spatium, contabescens incepto desistere coactus est, *Bruson. Vol. I. lib. 21.*

Gliscentia inter Marchionem de Leganez ac Thomassium Sabaudiaæ Principem dissidia, post interceptum ab hoc Taurinum, ab expugnatione Castri iptum arcuere, quod opus juxta spem peractum coronaturum fuisset illius gloriam; nam ortâ inter illos contentione, uter introducturus esset præsidium, exspatiantequæ longius controversiâ, abique ullo impedimento advolarunt Hispanici exercitus auxilia, *Bruson. Vol. I. lib. 18.*

### APHORISMUS XIX.

**S**edandæ in principiis sunt leditiones, tranquillandique furens  
tium militum animi, vix enim est, ut  
C
semel